



Quæstionum, Et Resolutionum Legalium Libri Duo

Quorum Prior in duas Partes divisus, continet Resolutiones Beneficiales, Canonicas Et Regulares: Secundus Controversias Civiles determinat

Quæstionum, Et Resolutionum Legalium Libri Duo - Quorum Prior in duas Partes divisus, continet Resolutiones Beneficiales, Canonicas Et Regulares: Secundus Controversias Civiles determinat

Tonduti, Pierre François de

Lugduni, M.DC.LXXXIX.

Cap. CXLI. Emancipatio licet sub conditione fieri non possit, tamen fieri potest sub conditione quæ inest ex natura rei. ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98388](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98388)

3 Et ultra remedium dictæ cautionis censeo, quod vicini possunt expellere à vicinia talem artificem, aut ei inhibere ne talem artem exerceat, non solum propter malum odorem, ut de pellipariis, & sulphuratis tradit Ripa in tractat. de peste, in 1. part. 3. partis princip. num. 74. & num. 75. ubi de conficientibus candelas, Capol. de servit. rustic. prad. cap. 43. de aere, num. 2.

4 Sed & quoties ex arte, quam vicinus exercet, damnum saluti vicinorum imminet, talia exercens prohiberi potest, cum in eo publica utilitas versetur, ut saluti & vitæ Civium consulatur; adeo ut si faber, aut malleator, vicini, etiam non Doctoris, nec scholaris, seu alterius non privilegiati sanitati noceat, utpote infirmitate laborantis, prohiberi possit artem exercere ob conservationem vitæ sui vicini: qua de re optimè agit Expilly plaidoyé 34. Quamto magis igitur in casu isto, in quo propter magnam pulveris tormentarii quantitatem, interveniente parva aliqua ignis scintilla, non solum vicinæ domus maximo ruinæ periculo supponebantur, sed ipsa etiam vicinorum vita, & integritas familiarum conservatio in continuo discrimine versarentur, talis professio & exercitium in loco illo prohiberi poterit: ex traditis per DD. in leg. 1. ff. sol. matrim. ubi Rip. num. 19. Interest enim Reipublicæ vitam & salutem hominum conservari; & idèd Communitas rectè huic instantiæ se jungere potest: juxta l. cum ratio, §. 1. ff. de bonis damnat. Capol. dist. cap. 43. de servit. rustic. prad. num. 2. & 3. Baibol. in 7. parte l. 1. ff. sol. matrim. num. 57. in fin. versic. amplia quindò, ubi alios allegat.

Quod attinet ad prædium rusticum, dubitabatur utrum vicino subveniri posset adversus eum, qui possidet prædium parvæ quantitatis, undequaque inclusum intra prædium alterius, qui edificavit villam & columbarium, & gallinas detinet in villa, ex quibus quotidie damnum datur prædio vicino.

5 Existimo quoad ædificium vicinum, non posse peti illius destructionem, si factum fuerit dimisso legitimo spatio inter dictum ædificium, & prædium vicinum; quod quidem spatium est duorum pedum, juxta text. in l. fin. ff. fin. regum.

6 Pes autem ita mensurari debet, ut quilibet sit sexdecim digitorum: Gloss. in cap. sicut antiquitus 6. 17. quæst. 4. Bald. Alexand. & alii in l. 1. ff. si quis caution. itant quinque pedes fiant passum: Jas. in §. rursus, num. 67. Insti. de action. Bertrach. in repert. in verbo Pes.

7 Quod verò ad columbarium spectat, reclamantibus vicinis qui lata circum habent, si inde magnum illis damnum inferatur pro magno columbarum numero in columbario existentium, Iudex vicinis providebit, & columbarium extrui non permittet: ut post Dominic. Sor. lib. 4. de just. & jur. quæst. 6. art. 4. tradit Georg. Mor. in tract. de jure vendendi, part. 1. cap. 3. n. 23.

8 Verum cessante circumstantia magni damni, vix poterit impediti usus columbarum, cum columbæ numerentur inter animalia mansueta, & dominus non teneatur de damno à columbis dato, innocens quippe existimatur victus columbarum, nec rerum possessoribus officit, ut tradit Autumn. in l. 4. ff. si quadrup. pauper. fecisse dicatur, & ita decum testatur Papon. lib. 14. tit. 1. arrest. 11. & lib. 18. tit. 9. arrest. 2.

9 Denique quod attinet ad gallinas, certum est in primis, quod dictus vicinus qui de illis conquæ-

ritur, pro quocumque damno suis prædiis per vicini gallinas illato, potest intentare actionem de pauperie; quia licet titulus loquatur de quadrupede, tamen etiam pro damno illato per animal bipes datur actio utilis: l. 4. ff. si quadrup. pauper. fecisse dicatur, & ibi Gloss. in formatione casus, loquitur de damno illato per gallinas. Similiter de gallinis loquitur Speculat. lib. 4. tit. de injur. §. sequitur, num. 18.

An autem possit vicinus cogi officio Judicis ad ita recludendas gallinas, ut ad prædium vicini accedere non possint, verius videtur cogi posse; sicut aliàs decum fuit de cuniculis apud Papon. lib. 18. tit. 9. arrest. 2. & lib. 13. tit. 2. arrest. 32. Et generaliter quod non sit cuius concessum in villa sua habere animalia quæ pascantur, nisi intra parietes villæ suæ conclusa sint, & eorum domini amplum habeant territorium, in quo alere ea possint citra vicini jacturam, tradit Ferrer. in addit. ad Guid. Pap. decis. 218. versic. porro quamvis, & potest implorari officium Judicis, ex traditis per Speculat. loco cit. num. 19.



CAPUT CXLI.

Emancipatio licet sub conditione fieri non possit, tamen fieri potest sub conditione quæ inest ex natura rei. Pater emancipans filium suum censetur illum emancipare contracta fiducia, id est, reservata patria potestate in liberos tunc natos, vel conceptos. Reservatio ususfructus in favorem patris & filii, & de chascun d'eux, utrum intelligatur facta conjunctim, vel separatim. Jus accrescendi utrum habeat locum in usufructu etiam constituto in contractu.

S V M M A R I V M.

- 1 Emancipatio cum sit actus legitimus, non potest fieri sub conditione.
- 2 Emancipatio aut alius actus, ex quibus dignoscatur utrum sit modalis, vel conditionalis.
- 3 Verba illa sub conditione, sæpè important modum potius quam conditionem.
- 4 Ampliatur, ut procedat etiam si adjecta esset clausula, Et non aliter.
- 5 Sola conditio relata ad filium emancipandum, nullam reddit emancipationem.
- 6 Conditio quæ est de natura actus, non reddit invalidum actum legitimum.
- 7 Nepotes tempore emancipationis nati, vel concepti, remanent sub potestate avi emancipantis.
- 8 Emancipatio semper censetur facta contracta fiducia, ut nepotes tunc nati sint in potestate avi.
- 9 Avus per authorizationem donationis filii, sibi non præjudicat in usufructu legali, secus si filius non indigeat authorizatione.
- 10 Reservatio ususfructus facta duobus cum clausula, respectivè, intelligitur facta tam in favorem unius, quam alterius singulariter, itant uno moriente cesset quoad eius bona.

- 11 *Reservatio usufructus facta pluribus, an intelligatur facta collectivè, vel distributivè.*
- 12 *Dictio, Chascun, potest intelligi collectivè pro, Omnes; vel distributivè pro, Quilibet.*
- 13 *In usufructu datur jus accrescendi, seu non de- crescendi.*
- 14 *Ius accrescendi locum etiam habet in usufructu constituto per contractum.*
- 15 *Verba illa, post mortem, reddunt actum conditionalem etiam in contractibus.*
- 16 *Dictio, Quilibet, adjecta conditioni, non verificatur in uno, sed in omnibus.*
- 17 *Verius est dictionem, Chascun, equivalere dictioni, Quilibet.*
- 18 *Dictio, Quilibet, refertur ad singulos separatim.*
- 19 *De differentia inter dictionem, Omnes; & dictionem, Quilibet: Remissivè.*

Pater filium emancipavit sub reservatione & conditione, quod casu quo filius patri præmoriatur, dicto casu liberi ejusdem filii sint & remaneant sub potestate avi. Ex quo duæ quæstiones sunt considerandæ: quarum *Prima* est, utrum emancipatio filii sit valida. *Secunda*, utrum filio præmortuo, nepotes ante emancipationem nati, sint in potestate avi; an verò sui juris effecti.

- 1 Difficultas primi capitis consistit in eo, quod emancipatio cum sit actus legitimus, non recipit diem, neque conditionem: l. *actus legitimi* 78. ff. de reg. jur. & cap. *actus* 50. de reg. jur. in 6. Idèd cum illa emancipatio facta fuerit sub conditione quod filio præmortuo nepotes erunt in potestate avi, videtur concludendum emancipationem esse nullam, & per consequens filium testari non potuisse.
- 2 His non obstantibus verissimum est, emancipationem, & omnia inde secuta, esse valida in casu de quo agitur. *Primò*, quia dicta emancipatio non est conditionalis, sed potius modalis: in hoc enim differunt conditio & modus, quod conditio impedit nativitatem vel originem actus; modus verò verificari debet post actum perfectum & consummatum: Surd. *decis.* 38. num. 6. & *decis.* 156. num. 6. Joannes Andreas Georg. *allegat.* 31. num. 14. Seraphin. *decis.* 724. num. 10. atqui reditus nepotum in potestatem avitam, non potest considerari tempore emancipationis filii, sed tantum post mortem ipsius, & sic post actum emancipationis perfectum & consummatum. Ergo non potest infringi emancipatio, tanquam sub conditione facta, & contra formam legis.
- 3 Neque obstant verba illa, *sub conditione*. Quia important sæpius modum, & non conditionem; & nominatim quando actus in se perfectus est, illique adjicitur aliquid quod respicit tempus venturum post consummationem actus: leg. 1. *Cod. de his que sub modo*: Gloss. in cap. *verum*, de conditionib. appostitis, leg. *ea conditione*, *Cod. de rescindend. vendit.* l. *quoniam*, & ibi Bald. *Cod. de rerum permutat.* l. *cum vos*, *Cod. de donat. leg. Marcia*, ff. de manumissis testamento, & optimè explicat Joan. Andr. Georg. *dict. allegat.* 31. num. 12. † qui hoc ampliat num. 23. ut locum habeat etiam si clausula, & non aliter, nec alio modo, fuisset adjecta: Tiraquell. *de retrah. convent.* §. 2. gloss. 1. num. 76.
- 4 Secundò, quia ratio, propter quam emancipatio non recipit conditionem, ea est, quia patria potestas non debet remanere in suspensio, sed statim suum fortiri effectum; & idèd conditio suspen-

dens adversatur substantiæ illius: ut dicitur *Cornet. in 4. Decret. parte 2. cap. 3. in princip. num. 4. Sanchez de matrimon. lib. 5. diffinit. 1. num. 5.* In casu autem proposito, emancipatio quoad personam filii non est, & non conditionalis, cum conditio solum respiciat personam nepotum; ergo remanet emancipatio valida.

Tertiò, quia conditio, quæ est de natura actus non vitiat actum legitimum: ut docent *Cagnat. Decius in dict. l. actus*, *Galganet. de condit. & demonstr. parte 2. cap. 1. quest. 102. num. 1. & 2.* Sic est, quod de natura emancipationis nepotes semper remanent in potestate avi, etiam post mortem eorum patris, nisi & ipsi quoque emancipati fuerint: l. *liberum* 28. ff. de adopt. §. *admonendi*, & §. *illud autem*, *Instit. quibus mod. jus patriæ potestatis*. † Et emancipatio censetur semper facta cum tracta fiducia: §. *fin. Instit. de legitim. agn. succ. sine*, & l. *fin. C. de emancipat. lib. Actus in 4. præterea*, num. 9. *versic. non obstat*. Ergo reservatio patriæ potestatis facta per avum erga nepotes, non reddit emancipationem conditionalem, tanquam continens illud quod de jure incit emancipationem quamvis expressum non fuisset.

Secundum caput nullam proferre contrarietatem; nam aut emancipatio patris est valida, & hoc casu ex dispositione juris nepotes antea remanent in potestate avi; aut emancipatio est nulla, & sic certum est tales nepotes ex filio filii potestati avi, sive vivente filio, sive filio præmortuo, *dict. §. præterea*, & §. *qui vel non*, *in patria potest. solv.* ergo quomodocumque res se habeat, nepotes in casu proposito sunt sui juris avi.

Alia dubitatio fuit proposita, utrum pater filii præjudicaverit in usufructu, consentiendo donationi, seu dotis constitutioni factæ per filium emancipatum filiae suæ, seu nepti ipsius ex filio. Super qua dubitatione dixi, † quod si pater simpliciter consensisset donationi factæ per filium ad autorizandum contractum, utpote quod filius non fuisset emancipatus, ipse pater non filio præjudicasset quoad usumfructum legalem; sed si agatur de filio emancipato, & per consequens bonis propriis per ipsum filiam suam constitutis, per suum consensum sibi præjudicasset in usufructu: ex notatis per me *sup. in quest. civilibus*, cap. num. 1. & 2. parte 1.

Sed non agitur modò de simplici consensu, sed de constitutione in dotem facta per patrem, & avum simul, nepti & filiae respectivè, cum reservatione usufructus durante eorum vita respectivè *leur vie respectivement* durant: quæ verba interpretantur singulariter ad eorum personas, & constitutione ejusque, ex notatis in Lexic. *Interd. verbo, respectu*: & sic mortuo filio cessat reservatio usufructus quoad bona illius, quia reservatio ipsius facta fuit.

Disputant quidam DD. utrum facta donatio per plures cum reservatione usufructus, reservatio intelligatur collectivè, an distributivè, ut per Fontanell. *de pact. nupt. claus. 4. §. 1. num. 51.* *Cancer. lib. 1. tit. de donat. cap. 8. num. in 5. quest.*

Hic tamen non est casus noster, cum donatio ita facta fuerit, ut usufructus constituitur cum proprietate, *après la mort d'un des donx.*

Si dictio, *chascun*, capiatur pro dictione *collectivè* debet intelligi de quolibet separatim: *Cornet. in 4. Decret. parte 2. cap. 3. in princip. num. 4.*

S V M M A R I V M.

- conf. 87. n. 2. lib. 1. maxime verò adiecta dictione *respectu* mentis, de qua mox actum est. Si verò pro dictione, *quilibet*, videtur quod non firmatur usufructus.
- 13 Etas, nisi post mortem omnium, & locus sit iuri accrescendi, seu potius non decrescendi: ex notatis Abbat. *conf. 103. circa finem, versio. praterea*, lib. 2. Gratian. *discept. for. 272. n. 29.* Bellon. *de iure accrescendi, cap. 6. q. 38. n. 91.* Sord. *conf. 548. n. 5.* Cancr. lib. 3. cap. 22. num. 112. & 122. Barbof. *dictione 320. & in verbo, quisquis.*
- 14 Quod jus locum habet etiam in usufructu constituto per contractum: idem Bellon. *d. cap. 6. q. 43. num. 1. & seqq.* dicens ab hac opinione non esse recedendum in iudicando & consulendo, licet in puncto juris aliud dicendum esset.
- 15 Praesertim quia verba illa, *après la mort de chascun d'eux*, referuntur ad tempus, certum quidem quod sit venturum, sed incertum quando veniet; qua de causa constituunt conditionem etiam in contractibus: Mantie. *de tacit. conuen. lib. 1. q. 4. tit. 1. num. 18.*
- 26 Dicitio autem, *quilibet*, adiecta conditioni, non verificatur in uno, sed omnium requiritur concursus: Alex. *conf. 173. n. 2. & 3. lib. 5.* Tusch. *littera D, conclus. 269. n. 23.*
- 17 Dictam verò dictionem, *Chascun*, refert ad dictionem, *quilibet*, Chastan. *in consuet. Burg. rub. 7. §. 3. in verbo, en chascun, pag. mibi 233. vers. ita ut idem significet quod dictio, Omnis*: Rot. *decis. 353. n. 2. in fine, part. 4. recent.*
- 18 Et dictionem, *quilibet*, ad singulos separatim referendam, patet apud Rol. *conf. 70. num. 44. vol. 3.* Cancr. lib. 1. cap. 8. n. 66. *quasi. 5.* Barbof. *de diction. cap. 3. 10.* ubi quod hoc casu usufructus non finitur nisi post mortem omnium, secus si non adsit dictio, *quilibet*.
- 19 Et de differentia inter dictionem, *omnis*, & *quilibet*, Bartol. *in l. non distinguemus, §. cum in plures, ff. de recept. arbit.*
- Hoc tamen in casu dictio, *respectu* mentis, adiecta reservationi, facit ut existimem usufructum vltius morte finiri quoad praemortis bona, ex notatis *supra*, numero 10.

- 1 Haeres cui sub pena priuationis onus iniunctum est, si contraveniat hereditate priuandus est.
- 2 Quando agitur de facto negativo, pena contravenientis locum habet absque ulla interpellatione precedente.
- 3 Contrauentio in casum molestationis prohibita incurritur per molestias iuris vel facti.
- 4 Hereditas a contraveniente ablata, applicanda est illi, quem testator nominauit.
- 5 Pena l. si quis maior, C. de transact. vix hodie locum habere potest.
- 6 Pena d. l. si quis maior, non habet locum, nisi vero dolo concludenter probato.
- 7 Fiduciaria hereditatis probatio resultat ex confessione heredis.
- 8 Qui fiduciariam hereditatem ex testatoris precepto restituit, non dicitur liberalitatem exercere.
- 9 Contractus talis praesumitur, qualem partes eum nominauerunt.
- 10 Clausula potest, simplicis, & irrevocabilis donationis, facit ut contractus donationis censeatur, quamvis in eo adessent pacta liberalitatem excludentia.
- 11 Clausula donationis necessaria non mutat naturam contractus lucrativi.
- 12 Confessio debet insinuari, sicut & donatio.
- 13 Si in donatione aliquid exprimitur, ex quo insinuationis necessitas tollatur, de eo aliter constare debet quam per confessionem donantis.
- 14 Donatio reuocatur per atroces iniurias illatas donatori.
- 15 Iniuria illata uxori donatoris praebet iustam causam reuocandi donationem factam per maritum.
- 16 Qui credens se nullos probabiliter suscepturum liberos donauit, & renunciauit legi si vnquam, C. de reuocand. donat. si postea susceperit liberos, non obstat illi renunciatio quominus obtrine-re possit reuocationem donationis.

Quaestiones propositae per Dominum Sebastianum Iurium Doctorem, ad tria praecipue reuocantur: quorum Primum concernit testamentum conditum per Nobilem Francesiam ejus uxorem. Secundum respicit transactionem initam inter ipsum, & Nobilem Alexandrum haeredem vniuersalem dominae Francesiae. In tertio capite quaeritur de validitate, vel reuocatione donationis factae per Dominum Sebastianum, in fauorem dicti Domini Alexandri.

Primi capitis resolutio pendet ex probationibus facti: nam si Dominus Sebastianus probauerit (pro-ut se probaturum supponit) molestias sibi à Domino Alexandro illatas, sine dubio resultat ex necessaria consequentia, ipsum patitur hereditate priuandum esse, eum testatrix expresse prohibuerit dicto haeredi de turbando, vexando, vel molestando, aut querelando pro quacunque causa, & ratione, verbis, vel factis dictum Dominum Sebastianum legatarium, minusque in jus vocando, aut litem mouendo, vel inquietando in persona, vel bonis, per se, vel interpositas personas: imò vult & ordinat quod dictus haeres omni illius honore prosequatur, & amicitia. Et in casum contrauentionis, ex nunc pro-ut ex tunc ipsum priuat sua hereditate, & hoc eodem casu instituit suum haeredem vniuersalem eundem Dominum Sebastianum maritum suum.

I 4 † Quibus

CAPUT CXLII.

Quando haeres contraveniens voluntati testatoris, incidat in poenam priuationis à testatore, cum clausulis praegnantibus ordinatam, & cui bona hoc casu applicentur. Quibus ex causis quis dicatur contravenisse testatoris voluntati. Pena l. si quis maior, C. de transactionib. quibus in casibus locum habeat. Confessio haeredis quod testator fideicommissum fiduciale sibi demandauerit, virum indigeat insinuatione, maxime stantibus clausulis donationis irrevocabilis, & constitutione procuratorum ad insinuandum, in contractu appositis. Renunciatio l. si vnquam, C. de reuoc. donat. non nocet illi, qui liberos nullos se suscepturum credebat, & tamen suscepit.